Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28694
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

lieris. hec ab annis octo pessima
egritudine laborabat, uehementi
tremore et ualidis motibus uniuersa
partim membra concutiens. Cum autem uideretur
grauioribus ortis difficultatibus propemo-
dum excidisse spes pacis, domino dispo-
nente uenit mulier ita tremens
nec minus horribilis quam miserabilis,
et omnis pars ad spectaculum conuene-
runt. Orante denique dei famulo sub o-
culis omnium paulatim concussione seda-
ta, perfectam ad expectationem pristinam sospitatem.
Que res tantam admirationem etiam
durissimos quosque permouit, ut percuti-
entes pectora sua per horam fere di-
midiam cum lacrimis acclamarent. Tan-
tus denique factus est impetus et concursus
procidentium, et deosculantium uiri
dei sacra uestigia, ut propemodum op-
primeretur. donec tollentes eum fratres et im-
ponentes in nauicula, aliquantum modice
subduxerunt. Cumque accederent ad se prin-
cipes, ut eum pro pace rogarent, sus-
pirantes dicebant. Oportet nos liben-
ter audire eum, quem ut ipsi cernimus
deus diligit et exaudiuit, et audito eo
iusta facere, postquam tanta facit in oculis nostris.
Quibus ille ut semper cautus erat, competen-
ter humanam gloriam declinare, non propter
me inquit, sed propter uos factum.
Simul quoque miraculo et in simul
oportunitate, ipsa etiam die me-
tensium animos dominus inclinauit ad pacem.

Ingressus enim sanctus metensium ciuitatem,
episcopum propinquosque ad ea que pacis erant
uehementer urgebat. Grauiter autem
urebat illos iniurium acceptum. quibus enim
ualde satis reponere cogitauerant,
sed quam uellent remittere cogebantur.
In ipsa oblata est ei mulier parali-
tica, de ciuitate eadem. Cui manus
imponens, dignatus est palliolum quoque
proprium quo utebatur ipse super extendere
ei, tenendumque episcopo tradere propter astan-
ti, et sub eodem uelamine debilia
tangere membra. Expleta autem oratione et
benedictione data, erexit illam, omnibusque
mirantibus per medium illorum incolumis
ibat, quam attulerant in grabatto.
In flumine quoque predicto mosella dum
ob intolerabilem concurrentium multi-
tudinem nauicula ueheretur, unus ex his
qui curam desiderabant, cecus clamabat in
litore, obsecrans ut duceretur ad eum.
Cumque ille iam pertransiret, audiens homo na-
uigantem preter eum, haud procul a litto-
re piscatorem, dissibulatam pretium cla-
midem quam erat opertus porrigens illi,
rogabat ut in nauicula reciperetur.
Factum est, et ut peruenit ad sanctum iuxta
sue fidei magnitudinem magna ue-
locitate sub manu eius uisu recep-
to, miratus clamabat uidere se col-
les, uidere arbores, uidere homines
et cetera uniuersa. Paucis ab eodem lo-
co miliaribus distat cenobium, quod